



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Aulularia Plautina co-,||moediarum lepidissima

Plautus, Titus Maccius

[Deventer], [ca. 1517]

Prologus Lar familiaris

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71292](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71292)

Prologus

Lar familiaris



Equis miretur qui sis, paucis eloquar.
Ego Lar sum familiaris ex hac familia
Un̄ z exeunte me asperistis, hāc domū
Jam multos annos est quum possideo
et colo
Patri auoq; iā huius q̄ nunc hic habz
Sed mihi au^o hui^o obsecrās credidit
Thesaurz auri. clā, om̄is in medio foco.

Defodit, venerans me, vt id seruarem sibi.
Is quando moritur (ita auido ingenio fuit)
Nunq; indicare id filio voluit suo.
Inopemq; optauit potius eum relinquere,
Quā eum thesaurz commonstraret filio
Agri reliquit ei non magnum modum
Quo cum labore magno, et misere uiueret
Ubi is obijt mortem qui mihi id aurum credidit.
Cepi obseruare ecquid maiorem filius.
Mihi honorem haberet q̄ eius habuisset pater.
Atq; ille vero minus minusq; impendio
Curare, minusq; me impartire honoribus.
Item a me contra factum est, nam item obijt diem.
Is ex se hunc reliquit qui hic nunc habitat filium.
Pariter moratum, vt pater auusq; huius fuit.
Huic filia vna est, ea mihi quotidie
Aut thure, aut vino, aut aliquo semper supplicat:
Dat mihi coronas, eius honoris gratia
Feci thesaurum vt hic reperiret Luclio
Quo eam facilius nuptam si vellet daret,
Nam compressit eam de summo adolescens loco.
Is scit adolescens que sit quam compresserit.

Plauti.

Illa illum nescit, neq; compressam autem pater
Eam ego hodie faciam vt hic senex de proximo
Sibi vxorem poscat, id ea faciam gratia
Quo ille eam facilius ducat qui compresserat
Et hic qui poscet eam sibi vxorem senex
Is adulescentis illius est auunculus
Qui illam stuprauit noctu ceceris vigilis
Sed hic senex iam clamat intus (vt solet)
Anum foris extrudit: ne sit conscia
Credo aurum inspicere volt, ne surreptum fiet.

Senex Euclo. Staphila anus

Axi inq; age exi, exeuudu hercle tibi hinc est foras
Circumspectatrix cum oculis emissitij
Sta. Nam cur me misera verberas: Eu. vt misera sis:
Atq; vt te dignam mala mala etatem exigas
Sta. Nam qua nunc causa extrusisti ex edibus?
Eu. Tibi ego rationem reddam stimulozum leges:
Illuc regredere ab hostio, illuc sis vide
Ut incedit: at san quo modo tibi res se habet:
Si hodie hercle fustem cepero, aut stimulum in manum
Testudineum istum tibi ego gradibo gradum
Sta. Utinam me Diui adassint ad suspendium
Potius quidem q; hoc pacto apud te seruiam
Eu. Ut scelesti sola secum murmurat,
Oculos hercle ego istos improba effodiam tibi
Ne me obseruare possis quid rerum geram
Abcede etiam nunc: etiam nunc, etiam hoc
Istic adesto, si hercle tu ex isto loco
Digitum transuersum, aut vnguem latum excesseris
Aut si respexeris donec ego te iussero
Continuo hercle ego te dedam discipulam cruci